Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



73

timeant flagella faraonis qui populum dei adcolendum
eum nolens dimittere passus est illa quae scriptas.
Ihs ingressus in templum omnia quae templum onerant
proiecit dicens zelotes estote & nuulte domum patris mei
spelunca latronum. alioquin ubi aera numerantur
ubi sunt & caueae columbarum & simplicitas enecatur
ubi in pectore uirginalis saecularium negotiorum
cura aestuat statim uelum templi scinditur sponsus
consurgit iratus & dicit relinquetur uobis domus
uira deserta lege euangelium & inde quomodo ma
ria ad pedes dni sedens martae studio praefe
ratur. & certe martha sedulo hospitalitatis of
ficio dno atq; discipulis conuiuium praeparabat
martha inquid martha sollicite se turbaris cir
ca plurima pauca aut necessaria. aut unum maria
bonam partem elegit quae non auferetur a ea
esto & tu maria cibis preferto doctrinam sororis
tuae cur stetit & quaerant quomodo xpm hos.
pitem habeant tuam semel saeculi onore pro
lecto sede ad pedes dni & dic inuenium quem quae
rebat anima mea teneboeum nec dimittam eum.
& ille respondeat unae columba mea perfecta
mea. unae matris suae electa genetrici suae celesti